

# QUARTA CATECHISMI PARS, VBI

Agitur primùm:

## DE SACRAMENTIS IN GENERE.

1. De significatione vocabuli (Sacramenti) quod in sacris tria præcipue significat:
- 1. Rem absconditam & occultam, sub qua tamen aliud intelligitur, quam ut verba sonant. Sic Eph. 5. Coniugium dicitur Sacramentum magnum, ideo, quod sit typus & figura Christi ac Ecclesia ipsius, Menc.
  - 2. Sumitur pro mysterio, non solum in verbis, sed etiam in rebus & materia ipsa, ut Eph. 1. Dicitur concio Evangelii Sacramentum voluntatis divine, siquidem à natura omnibus est ignota, Id.
  - 3. Sumitur in propria & nativa significatione, pro Sacramento, hoc est, sacre rei monumento, Id.
2. Continet descriptionem Sacramentorum. Sunt enim sacre ceremonie, constantes verbo Dei & externo ac visibili Elemento, quibus tanquam appensis sigillis, spirituales promissiones, de gratia Dei, salute ac vita eterna obsignantur. D. Selnecerus in Pædagogia sua, Item, Menc.
3. Que nam requirantur ad verum & perfectum Sacramentum. Hoc verò:
- Explicatur, ita ut sint tria. 1. Dei verbum vel mandatum. 2. Promissio Dei. 3. Elementum, Menc. R. W.
  - 1. Quotnam sint Sacramenta novi T. videlicet duotantum, Baptismus & Cæna Domini. In illis enim partes tantum substantiales Sacramenti deprehenduntur, Mus. Mencil. Roth.
  - 2. Quod Papiste falso inter Sacramenta numerent: Confirmationem, Pœnitentiam Romanam, Coniugium, Ordinationem & Vnctionem extremam. Walth.
  - 3. Quod non liceat in Sacramento mutare Elementum, ut quidam in Baptismo loco aqua utuntur vino, vel aliâ materiâ liquidâ. Et vicissim loco vini in cæna utuntur aqua, &c. Menc.
4. } Vide literam. { O.  
5. } ram. { P.  
6. } { Q.

Loci hic 6:

Applicatur usu, per doctrinas 3: